



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Svmmvla Caietani**

**Cajetan, Thomas**

**Antverpiae, 1575**

Religiosi communiter solent in tribus offendere & peccare.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41716**

468 Religiosorum peccata.

*Religiosi communiter solent in tribus offendere & peccare.*

**R**eligiosorum peccata specialia sunt in triplici dif-  
ferentia. Nam quædā sunt cōmunia religiosis &  
clericis: quæ vide in verbo, clericus. Quædā sunt com-  
munia omnibus religiosis, vel ex tribus votis cōmu-  
nibus omni religioso (vt sunt vota castitatis, pauper-  
tatis, & obedientiæ) vel ex sacris canonibus concer-  
nitibus specialiter religiosos: vt quæ sunt in Cle. re-  
ligiosi, de ptiuile. videlicet. Quibus etiā (i. religiosis)  
in virtute sanctæ obedientiæ & sub interminatione  
maledictionis æternæ districtius inhibemus, ne in ser-  
monibus suis ecclesiarū prælatis detrahant, aut etiam  
retrahant laicos ab ecclesiarum suarum frequentia  
vel accessu, seu indulgētias pronuntier indiscretas: néve  
quum confectionibus testamentorū intereunt à re-  
stitutionibus debitis aut legatis, matricibus Ecclesiis  
faciendis retrahat testatores: nec legata vel debita aut  
malè ablata incerta, sibi aut aliis singularibus sui ordi-  
nis fratribus, vel conuentibus in aliorum præiudiciū  
fieri seu erogari procurēt. Nec etiā in casibus sedi A-  
postolicæ aut locorū ordinariis referuatis quenquam  
absoluere, aut personas Ecclesiasticas præsertim corā  
iudicibus delegatis à nobis suā contra eos iustitiam  
prosequentes vexare indebitè, aut ad loca plura &  
præsertim multū remota conuenire præsumant. Mul-  
ta quoque recitata sunt superius in tractatu de excō-  
municatione, quæ sunt sub excommunicationis latæ  
sententiæ poena religiosis specialiter inhibita. Quædā  
verò sunt propria istis religiosis ex propria sibi regula  
aut constitutionibus, & hæc quilibet de seipso sciat.

*Repræsalia species est belli parti ularis: &  
in ea potest frequenter iniquitas cōmitti.*

Repræ-